



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. VIII. [i.e VII.] de Reservatione beneficiorum Ecclesiarum S. Petri & S.  
Ioannis Lateraren. ac B. Mariæ Majoris de Vrbe, ac beneficiorum titularum  
Cardinalium à Curia absentium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

sublata &c. & proinde illorum beneficia. Spectare ad liberam collationem Papæ sine consensu Cardinalis cuius sunt familiares. Verum dicta Sixti constitutio loquitur de Conclavistis Conclavis, in quo ipse Sixtus alligatus est ad S. Apostolatus apicem; unde in aliis non habebit locum, nisi in alia similis constitutio, quam etiam de suis Conclavistis fecit S.D.N. Pius v. & Leo xi. pridie Kal. Augusti 1605.

**B** Est exemptus ab ordinario) Officiales Papæ, & Curiales utrumque exempti, & quid de Capellanis Legis. consule Erasmus à Chokier fratrem meum in suo tr. de Exemptionibus p. 1. q. 32. & quæ scripti supra ad reg. n. 7. & seqq.

**C** Nec Cursores) Cursores intelligi possunt Apparitores, qui in locis mandata officialium exequentur, ut tit. C. de Apparitoribus lib. 12. l. 1. tunc vero sollicitatores litterarum Apostolicarum, quos Janarios appellant, qui per Cancellariam cursitant pro expeditionibus Bullarum Apostolicarum: Propriè autem Papæ cursores illi sunt, qui suum habitum in urbe banchum, suntque omnes penè clerici, & in clericali habitu induunt, atque de his maximè loquitur hæc Reg. teste Mandos. bis q. 1. num. 5.

### IN REGVLAM VII. ARGVMENTA.

- |                                                                                         |                                                                                                                           |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Ecclesiæ Patriarchales in Urbe sunt quatuor, & cur. ita nuncupentur.                 | 8. Hæc regula cur condita sunt titulis Cardinalium.                                                                       |
| 2. Ecclesia S. Petri an sit potior, seu principalior Lateranensi.                       | 10. Absentia de qua in hac reg. intelligatur.                                                                             |
| 3. Papa cur Episcopus nuncupetur.                                                       | 11. Differentia inter Reservatas hujus regulæ, & reservatas sequentis Regulæ.                                             |
| 4. Basilica quæ differat ab Ecclesia.                                                   | 12. Hujus regulæ reservatio non comprehendit beneficia vacantia in diocæsis ubi Cardinales accidentaliter, sunt Episcopi. |
| 5. In Ecclesia non consecrata possunt esse beneficia.                                   | 13. Ecclesia S. Jo. Lateranensis totius Urbis & Orbis; & quæ condita.                                                     |
| 6. Romæ sex sunt sedes, seu tituli Cardinalium.                                         | 14. Decretum irritans in fine hujus appositum refertur etiam ad alias regulas præcedentes.                                |
| 7. Beneficia Ecclesiarum Urbis quia non sunt de titulis Cardinalium non sunt reservata. |                                                                                                                           |
| 8. Papa proprio jure confert beneficia in urbe existentia, nisi subsint                 |                                                                                                                           |



REGVLA VII. INNOCENTII III.

RESERVATIO BENEFICIORVM ECCLESIA-  
RUM S. PETRI ET S. JO. LATERAN. AC B.

Mariae Majoris de Vrbe, ac beneficiorum titularum Car-  
dinalium à Curia absentium.

Item reservavit dispositioni suæ generaliter, quoscumque Cano-  
nicatus & præbendas, dignitates, personatus, & officia in Basilica  
principis Apostolorum, & Sancti Iohannis Lateranensis, ac beatae  
Mariae Majoris de Vrbe Ecclesiis, necnon ad collationem, provisio-  
nem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem Sanctæ  
Romanae Ecclesiae Cardinalium à Romana Curia absentium ratione  
suorum Episcopatum Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titu-  
lorum, ac Diaconiarum spectantia, quamdiu absentia sua duraverit,  
Canonicatus, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes  
vel officia cæteraque beneficia Ecclesiastica cum cura vel sine cura,  
vacantia & in antea vacatura, tam in eadem Vrbe, quam in Ecclesiis,  
Civitatis, & Diocesis dictorum Episcopatum consistentia; decevit ac irritum, &c.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Haec Regula habet duas partes. Prima dicit quod Papa reservat beneficia Sancti Jo-  
hannis Lateran. & Sancti Petri, & Sanctæ Mariae Majoris. Secunda dicit quod re-  
servat omnia beneficia spectantia ad collationem, &c. alicujus Cardinalis ratione Epis-  
copatus sive Cardinalatus, & ratione titularum suorum Cardinalatus quamdiu Cardi-  
natus fuerint absentes à suis Episcopatibus vel à suis titulis & apponit decretum, &c. Et  
ratio dandæ in prima parte est: quia ut dicunt Doctores in c. fundamenta de elect.  
lib. vi. quatuor sunt Ecclesie Patriarchales in Vrbe, sicut in orbe: scilicet Sancti Pe-  
tri, Sancti Pauli, Sancti Laurentii extra muros, Sanctæ Mariae Majoris, & Sancti Joan-  
nis, quæ sunt principalior in Vrbe, & propter ea vocantur Patriarchales secundum aliquos  
quia in quasq. illarum Ecclesiarum est quasi Cathedralis, & fertur (licet jure non fun-  
datur) quod nullus potest celebrare in altari majori eorum nisi solus Papa,  
vel de ejus speciali mandato pendente bulla apud altare: ideo videbatur quod in istis tribus  
Ecclesiis

EGLIA  
ARIVNA  
VTARUM  
GVLAS  
LARIUM  
OLICA  
EPISCOPATUM



Ecclesiis habentibus Archipræsbyterum posset ipse Archipræsbyter se intrinsece  
 men Papa dicit hic contrarium: cuius dispositioni in istis maxime standum est, quod  
 lus potest ei dicere, cur ita facis, ut dicit gl. mihi notabilis in cap. v. de detra-  
 Episc. vel electi, & non posuit hic de aliis duabus scilicet sancti Pauli, & S. Lau-  
 rentii qui sunt Monachorum & non secularium, & posuit hic dignitates, petro-  
 tus, &c. & tamen in nulla earum est aliqua dignitas nec personatus, nisi principa-  
 licet Præsbyteratus: & illa censetur reservata tanquam principalis in collegiata ut  
 in regula tertia. Sed posui hoc ad ostendendum quod in istis Ecclesiis sunt dignitates  
 in aliis Cathedralibus: alias nescio ad quid posuit: Item ponit hic primo Ecclesiam  
 sancti Petri. quam sancti Joannis: ex quo videtur quod sit principalior in Urbe &  
 orbe, ab ordine litteræ, arg. l. quoties. de usu fruct. c. mandato de probat.  
 lib. vi. Et quod ibi notatur. sed contrarium est verum, & communiter tenetur  
 d. cap. fundamenta. & in c. ii. de prescriptionibus lib. vi. & in cle. iii. de  
 tit. de elect. licet cap. futura xii. q. i. velit contrarium & c. sanctorum x. q. i. tam  
 gl. in d. c. futura, vult contrarium, si bene intelligatur, nam Ecclesia Lateranensis est  
 civilis in l. cum diver. ff. de relig. & sumpt. fu. ubi dicitur quod ubi est caput, ubi  
 locus religiosus, & non ubi sunt corporum membra: Sed in S. Joanne sunt capita beati  
 Petri & Pauli, ergo, &c. & non curo de alia ratione, quod Ecclesia S. Petri est in  
 Portuensi. & c. quia dico non esse verum: nam Papa dicit in bullis, datum Romæ apud  
 Petrum, &c. si dicatur unde dicitur Papa Episcopus: certe posset dici quod non ha-  
 bet Ecclesiam certam: sed dicitur Episcopus ratione ordinis, & censetur habere  
 tatem Urbis Romæ vel universalis Ecclesie. Nam non reperitur illud quod dicit  
 vulgares quod est Episcopus Lateranensis quod de jure fundetur, sed bene reperitur  
 auctoritas Urbis Romæ Episcopus vel Rom. Ecclesia Præsul: ut de primo dicit Anastasius  
 in c. transmarinos 98. dist. & de secundo Gregorius in supradicta  
 tione in c. aphros. ead. dist. Sed nunquam reperitur quod vocaretur Later. Episcopus  
 potest tamen fundari ex supradictis: quia si Ecclesia S. Joan. est principalior, ergo, &  
 quod superscriptio sit de textu sufficiat gl. in c. ad Apostolicam. de reg. jur. l. i. in  
 prin. & in clemen. i. de rescript. & de jure civili in l. propter infidias  
 qui accus. non pos.

Ex quibus sequitur quod omnia beneficia Urbis de mero jure pertinent Papa, tamquam  
 Diocesano: ideo habent locum expectativa in eis, nisi in hac reservatione: & hoc est  
 decidendum hic. Item Ecclesia sancti Petri vocatur hic basilica, & S. Joannis, & S.  
 Maria vocantur Ecclesie: & certe de hoc alias dubitari: quia basilica vocatur  
 consecrationem propriè, glo. notabilis in c. i. de relig. do. ergo sequitur quod  
 sancti Petri non est consecrata & quod debet vocari Basilica per prædicta: ex quo  
 sequitur quod in Ecclesia non consecrata possunt esse beneficia. Ex quo inferitur quod  
 indulgentia debent intelligi propriè, ut vult glo. in cle. i. de relig. & venerat  
 quod indulgentia illa concessa in die Corporis Christi audientibus officia in Ecclesia



non extendatur ad Basilicam sancti Petri: sed dicendum est quod aliquando ponitur basilica pro Ecclesia, vel è converso, ut dicit Sicul. in Rub. de conf. ec. vel alt. & in d. c. t. & ad hoc allego text. in cap. omnes basilica. xvi. q. vii. juncto c. omnes basilicæ, de consec. dist. i. de quo dico latius in tractatu Jubilæi in verbo Basilicas vel Ecclesias.

Quoad secundam partem hujus regula, fuit ratio dubitandi, quia Cardinales Episcoporum ratione Cardinalatus qui sunt sex videlicet, Host. Portuensis, Albanen. Sabinen. prænepesinus, & Tusculanus, & olim erat sancta Rufina, & fertur quod illa Ecclesia est unita portuensi, & isti Episcopi, etiamsi essent absentes, habent jurisdictionem Episcopi, & etiam collationem in dictis Episcopi. suis, & possunt habere Vicarios, ut per eorum titulum de officio Vicarii. Item etiam alii Cardinales habent titulos suos in quibus habent jurisdictionem Episcopi. Et est textus unicus in jure in c. his quæ. de major. & obed. & ibi doctores, & sic videbatur, quod possent dimittere Vicarios ad confitendum, &c. tamen papa vult contrarium hic, propter excellentiam Cardinalatus, & ut non sint absentes.

Et ex ista Regula sequitur quod beneficia illarum Ecclesiarum Urbis Romæ, quæ non sunt de titulis Cardinalium quod non sunt reservata: ideo etiam in eis haberet locum gratia expectativa etiam in presentia Papæ: quia est ipsemet qui confert: ergo, &c.

Item sequitur ex verbis istius regula, quod si sit aliqua Ecclesia Romæ, quæ non habeat Cardinalium pro suæ, sed alias est titulus Cardinalis, quod beneficia illius Ecclesie non sunt reservata per hanc regulam ibi à Ro. Curia absentium &c. & ideo haberes locum tunc expectativa, puta in Ecclesia S. Laurent. in Damaso, ubi sunt boni Canonici, & hoc maxime si Papa esset absens.

### COMMENTARIA IOANNIS ACHOKIER.

[Ista Regula] Videri poterat prima fronte quod Regula hæc superflua esset, quatenus reservat beneficia trium Ecclesiarum in ea expressarum aliaq; beneficia in urbe existentia: cum illa omnia (nisi sub sint titulis cardinalium quæ in illis Cardinales ordinariam habent jurisdictionem & jus conferendi, ut quæ ibi Felii. n. i. de major. & obed. Gom. ad reg. de triennali q. 31. n. 17. vers. & eodem modo: dummodo tamen sint in urbe præsentibus, alias non: cum papa sint reservata in illorum absentia: ut in hac regul. disponitur) Papa conferat proprio jure & ordinario, tanquam Episcopus Romanus cap. si quis Episcopus ibi dicitur Episcopus Romanus quæst. 16. cap. multum 3. q. 6. Proprius tamen eam consideranti patet, necessariam fuisse Reg. hanc propter dubitationem, quæ nata esset in beneficiis vacantibus in dictis tribus Ecclesiis: quæ cù suos habeat Archiepresbyteros & Decan. qui sunt Cardinales, potuisset dubitari, an jus collationis dictorū beneficiorū in iis vacantium ad illos pertinuisset: ideo



ideo necessaria fuit de iis certa dispositio, ut recte notavit post nostrum Glossographum Gomeſius in *reg. de triennali* q. 31. num. 16. *verf. tamen videtur quod hic non fit superflua.* Aneas de Falcon. *tract. de Reservat. 2. part. principali* num. 9. *ubi dicitur quod facta fuit ad cautelam.* Insuper fuit necessaria dispositio hujus Regule, quod tollerentur varia indulta à diversis Pontificibus concessa Archiepiscopis, & Capitulis dictarum Ecclesiarum, conferendi majora illarum beneficia. Itaque ne possent vigore dictorum Indultorum ejusmodi beneficia conferre, inducta fuit reservatio hujus Regule. Quo vero ad inferiora beneficia, Papa nihil innovare voluit, si ejusmodi privilegia se extendant ad omnia beneficia inferiora: sin aliter servetur juris communis dispositio, unum resolutum in una Romana Capellania S. Petri 9. Decemb. 1602. coram illustri D. Mellino, informante Hieron. Gonzalez ut de se ipse scribit ad *Reg. 8. Canell. 13. n. 26.* Ceterum hodie Cardinales obtinentes Episcopatus, seu Archiepiscopatus, & in iis residentes, solent obtinere à Papa, ut omnibus gratis perrogatis, favoribus, &c. concessis Cardinalibus presentibus in Curia gaudeant, ac si presentes, &c.

**B** *Fuerint absentes*) Intellige à Romana Curia, aut à suis Episcopatus, vel suis titulis ut hic etiam vult Glossographus. Neq; dicendum est quod in Reg. corrigatur per sequentem de Alternativa Mentum, quæ non referat beneficia ad collationem, provisionem, &c. Cardinalium spectantia, quæ loquitur de Cardinalibus residentibus in suis Diocesis, non etiam de illis de quibus hæc Reg. loquitur, videlicet qui possident Ecclesias titulares in Urbe, vel Episcopatus qui annexi sunt Cardinalatibus ut dicam infra ad Reg. seq. in glo. *verbi quorumcumq; collateralium, &c.* Ideo non comprehendit hæc Reg. beneficia vacantia in aliis Diocesis, ubi Cardinales accidentarii sunt Episcopi & Archiepiscopi ut sunt in Hispan. Archiepiscopi Tolosanæ & Hispalen. in Italia Neapol. & Mediolanen. & similes, qui ordinarii sunt à Curia, & in suis Ecclesiis resident. Gonzalez ad *Reg. 8. Canell. 13. n. 26.*

**C** *Et apponit Decretum irritans*) Decretum istud in fine hujus Reg. apponitur refertur, non solum ad omnia contenta in hac Reg. sed etiam ad omnes Regulas præcedentes. *Cassad. decis. 1. de Restit. spol. Pir. decis. 108. nu. 2. lib. 2. 1602.* Garcia de *benef. part. 5. cap. 1. glo. 9. nu. 470.* quod te velim Lector memorare. Porro de effectu Decreti irritantis vide Gabriellum *tract. communi. consuetud. de Clausulis Conclus. 7.* Gonzalez ad *Reg. vii. de Alternativa, &c. in §. 9. per tot. Mandol. 1607. 7. quest. 4. per tot. Wames. Consil. 256. n. 14. & alibi vol. 1.*

**D** *Est principalior*) Idem adstruit Zerola in *praxi Episcopali verbo Ecclesia* 1. 4. qui laudat bullam Pii v. 94. & ratio est, quia prima ornatum Urbis, & Ecclesiarum, causis ubiq; dolorum templis erecta, fundata q; fuit, adeoque juxta vesiculam vulgarem quilegitur in ipsa Ecclesia porticus caput ad



atum Ecclesiarum: Per Decreto Papale, & Imperiale, Dogni Chiesa me dato che sia  
 Fuit autem à Constantino; posteaquam baptizatus fuit à Silvestro  
 Papa in Caeliomonte in adibus nobilissimæ familia Lateranensis mira mu-  
 nificencia, teste Damaso & Beda exornata, & dotata, & ab eodem Silvestro  
 id. Novembris consecrata, quo die imago Salvatoris, quæ etiamnum  
 conspicitur in tabulato supra altare majus opere Mosaico depicta populo  
 Romano miraculosè apparuit, jamque à mille trecentis annis multorum  
 incendiorum vitrix perdurat.

(Parishionem Episcop.) Plura hac de re vide apud Franciscum de Pavinis  
 de officio & pot. c. Sede vac. in 6. præludio. num. 9. Gomez. ad Regulam de Tri-  
 mali questione 31. num. 14.

REGVLA VIII. CANCEL. CLEMENTIS VIII.  
 ET PAULI V.

RESERVATIO MENSIVM APOSTOLICO-  
 RUM ET ALTERNATIVA PRO EPISCOPIS  
 residentibus.

Item cupiens idem D. N. Papa pauperibus clericis & aliis  
 beneficiis personis providere, a omnia beneficia Ecclesiasti-  
 ca a cura & sine cura, c secularia & quorumvis ordinum Re-  
 gularia, d qualitercunque qualificata & ubicunque existentia, in  
 singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Augusti, Octo-  
 bris & Novembris mensibus, e usque ad suæ voluntatis beneplaci-  
 tum extra Ro. Curiam, alias quam per resignationem & quocum-  
 que modo vacatura ad collationem, provisionem, h præsentationem  
 & electionem & quamvis aliam dispositionem, k quorumcum-  
 que collatorum & collatorum secularium & quorumvis ordinum  
 Regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium, l aut aliorum sub  
 Concordatis inter Sedem Apostolicam & quoscumque alios ini-  
 tiis, & per eos qui illam acceptare & observare debuerant, accep-  
 tatis & observatis, quæ lædere non intendit comprehensorum) quo-  
 modo libet pertinentia, m dispositioni suæ generaliter reserva-  
 vit, n Volens in supplicationibus seu concessionibus gratiarum,